Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0001-2

Sammelbd 4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0002-8

| N. | Præsides | |
|---|---|---|
| 1. | Drusus | De jure Domus Austriacæ in Ducatum Burgundiæ |
| 2. | Bauer | – investitura Ernesti et Alberti Elect. & Ducum Saxoniæ de jure succedendi in Ducatus Juliæ Montium feuda masculina |
| 3. | Griebner | – terris juris Saxonici |
| 4 | Zimerman | – Vicariatu S.R.I. ex Archiofficiis. |
| 5 | Cramer | – filia nobili vi consuetudinis vel pacti familiæ renunciantis, ut et de Success. Hanoica |
| 6 | Cramer | – vero ordine succedendi foeminarum secundum jus primogenituræ. |
| 7 | Cramer | – renunciationibus filiarum clausulis successionis reservativis harumque valore, et de Successione Hanoica. |
| 8 | Harprecht | – Regressu ad bona ab illustribus præcipue filiabus renunciata etc. |
| 9 | de Ludwig | – Obligatione successoris in principatus et clientelas. |
| 10 | Michaelis | – Archi Cappellano Imperatricis Augustæ |
| 11 | Simonis | – Reputatione principis |
| 12 | Knorre | – Probatione nobilitatis per instrumenta. |
| 13 | Friesen | – jure principis circa bona subditorum |
| 14 | Stryck | – Resignatione juris Civitatis. |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0003-4

| Nr. | Præſides | |
|---|---|---|
| 15 | Hoffmann | De ratione interpretandi leges imperii publicas |
| 16. | Pauli | – jure belli societatis mercatoriæ majoris privilegiatæ. |
| 17. | Pauli | – obſignatione rerum legati ejusque comitatus: |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0004-0

4

HISTORICO-JVRIDICA

# COMMENTATIO

DE

# VICARIATV

## SACRI GERMANICO-ROMANI IMPERII

ex

## ARCHI-OFFICIIS

TRADITA

a

D. MATTHAEO BENJ. ZIMMERMANNO

*LIPSIAE*

Apud AVGVST. BENJAMIN. MARTINI

*Anno MDCC. XLIV.* 6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0006-1

# I

Etſi tot Potentiorum, quibus Principalis Germaniae dignitas exſplendeſcit, Ordinum ſuum cuique decus conſtat, meritoque univerſi ac ſinguli ſapientiae, prudentiae, virtutis, domi foriſque ſpectatae, laude & gloria celebrantur, illi tamen, qui, vacante ſolio Caeſareo in Imperio noſtro, ſi- *Doctrinae hujus complexus.*

ve inveterata conſuetudine, ſive publica Lege, Vicariatum gerunt, non ſolum exiſtimationem praecipuam, a Majoribus noſtris acceptam, inter ancipites rerum temporumque viciſſitudines, conſtanter obtinuerunt, ſed multis etiam magniſque rerum geſtarum monimentis Nominis celebritatem amplificarunt, illuſtrarunt. Quoties enim vel Belli Paciſque conſilia ineunda, vel Foedera pangenda, vel Comitia publica inſtituenda habendaque, juſtitia denique exercenda, ſententiae judiciales exequendae, ſecuritas publica cuſtodienda, provinciae Imperii conſervandae, honores, dignitates, privilegia ac beneficia aliis concedenda, fidelitates exigendae, Comitia Electionis Coronationiſque Novi Caeſaris curanda ac celebranda, ſolemnitates in iiſdem expediendae; toties in his omnibus Eminentiſſimi Sereniſſimique Pro-Caeſares ſalutem, decus, auctoritatemque Imperii ſemper conſervare allaborant.

## II

*Saxones et Palatini ſemper Vicariatum tenuerunt.*

Gaudet hac poteſtate SAXONVM ET PALATINORVM GENS, utpote quae hanc ob cauſſam *Vicariatus* partes accepit, cum *Vtraque* inter omnes Saeculares Imperii Principes eminuerit, jam vero ex priſcis illis primi Ordinis Ducibus, exſtinctis reliquis Ducatibus, ſola adhuc ſupereſt. Quod utrum-

utrumque non ſolum certisſima Annalium fide conſtat, ſed prius quoque noſtra memoria, poſt exceſſum Divi CAROLI VI, Auguſtisſimi quondam Caeſaris, indubitato quodam documento comprobatur. Quae omnia digna ſane erunt, ut adhuc mentem oculosque in eadem conjiciamus, et *Vicariatus natales, jura ac praerogativas,* inter alia Saeculi noſtri ornamenta publica privataque, veneratione proſequamur.

# III

*Definitio Vicariatus traditur.*

Eſt itaque *Vicariatus* exercitium Jurium Caeſareorum, primariis quibusdam Archi-Officialibus Imperii noſtri, tanquam Pro-Caeſaribus, durante Interregno, juxta modum ac praeſcriptos terminos, conceſſum concreditumque. *Pro-Caeſares* dico, propterea, quod ſtatim, *poſt obitum Caeſaris, propria auctoritate, cuncta fere expediunt, quae iſte quondam, vi Majeſtatici ſui muneris, expedire potuit,* ita ut, vacante ſolio Imperatoris, duntaxat in regimine Perſonarum differentiam quandam intercedere, deprehendamus, non autem intuitu actuum, qui in ipſa continuatione gubernationis obſervandi ſunt. Suffulta ac ſubnixa eſt haec ſententia auctoritate *Aureae Bullae C. V. ſ. 1. et 2.* ſecundum quam *Vicarii*, vacante Imperio, *ad manus futuri Regis Romanorum eſſe debent,* Capitulationibusque Caeſareis ſaepius corroborata.



IV

# IV

Synonyma Pro-Ceaſarum expenduntur.

Diverſas quidem, diverſis temporibus, denominationes Procuratores Imperii habuerunt Sic ante A. B. tempora, monente SPENERO, *in Jure Publ. Germ. Part. VI. L. IV. ſſ. 1. lit. a.* uſitatiſſima nuncupatio fuit, quod *Vicarii* fuerint dicti, in illa vero *Proviſores Imperii* pronunciantur, quam vocem, ex *Bullis Pontificum* depromtam eſſe, auctoritate THOM. RYMERI [1] novimus. Hanc ob cauſſam Illuſtr. LUDWIGIUS [2] exiſtimavit, quod Summus Pontifex, ex plenitudine poteſtatis, in omnibus Regnis Provinciiſque Chriſtianorum, munera Eccleſiaſtica quibusdam concredidiſſet, nihilo tamen ſecius IDEM *in Comment. ad A. B. p. 533.* potius appellationem *Proviſoris* Imperii, quam *Vicarii*, probavit. Sed quidquid hujus ſit, luculenter nobis diſpaleſcit, quod Archi-Principes noſtri diu cenvenientem illam dignitatis declarationem acceperint. LVDOVICVS enim SEVERVS, Comes Palatinus Rheni, ſecundum CONRADVM FABARIENSEM, a GOLDASTO *Tom. 1. Rer. Aleman.* editum, *Proviſor Imperii* dictus. Imo ipſe Caeſar feliciſſimus RVDOLPHVS I, in Diplomate, quod apud LEIBNITIVM *Mant. Cod. Dipl. Tom. III. p. 102.* exſtat, eundem *Proviſorem Regni* pronunciavit,

vit, ſimulque curam impoſuit, ne Filiis ſuis, ALBERTO et RVDOLPHO, Provinciae Auſtriacae et Suevicae auferantur, quem Titulum deinceps, annotante RAYNALDO, *Continuatore Annalium* BARONII, ſibi ipſi tribuit. Subſequente tempore *Rectores* et *Gubernatores S. R. Imperii*, a LVDOVICO IV Caeſare, anno 1339. apud GOLDASTVM *T. III. Conſt. Imp. p.* 411. nuncupati, it. STEPH. BALUZ. *in Vitis Papar. Avenionenſ.* HERMANNVS et HEINRICVS RASPO, Landgravii Thuringiae, ſe ipſos *Procuratores Imperii* dixerunt, quam denominationem etiam poſterior ab ipſo FRIDERICO II. Imperatore obtinuit. Vid. *Dipl. apud* TENZELIVM *in Supplem. Hiſt. Goth.* et SCHILTER. *de libertate Eccleſ. Germ.* Ingenioſisſimus JCtus TITIVS *Jur. Publ. L. V. C. IX. §. 25. ſeqq.* Vicarios Imperatores *Pro-Caeſares* noſtros dixit, quae ſententia unum eundemque ſenſum cum hac noſtra procul dubio continebit. Faceſſant autem hi, qui Eosdem cum *Mandatario generali* comparant. Quod ſi enim *Vicariorum* dignitatem, hujus vero obligationem, paulo penitius nobiſcum reputamus, facile concedemus, magnam diſparitatem inter utrosque eſſe, cum Illi proprio jure munus ſuum gerant, hic autem, demandata facultate, rebus intereſſe ſoleat. Paucis multa ea de re complexus eſt Lib. Baro de WERNHER, *Diſſ. de Jurib. Vicar. in A. B. non expres-*

*preſſis*, ubi §pho XIX. ineptisſimum hoc dogma redarguit. Comparentur cum his, ſi placet, SPENERVS *L. IV. C. IX.* §. 1. *lit. d. et* §. 8. *lit. a et b.*

1 *Tom. I. Actor. Publ. ad annum 1252. p. 471. et p. 494. ad annum 1253. ubi peculiaris Bulla Papae INNOCENTII IV.* de Proviſionibus *exſtat.*

2 In denen Anzeigen *No. 43. ſ. 1. ſq. et No. 44. ab An. 1740.*

## V

*Hugo Grotius animadvertitur.*

Magna quidem adulationis ſuſpicione Heroicae Philoſophiae Princeps, HVGO GROTIVS, *Jur. B. et P. L. II. C. IX.* §. 2. *no. XX. ſq.* Sedi Romanae Eminentisſimum iſtud faſtigium vindicare allaboravit, at vero, indignam hanc Grotiano nomine Commentationem, literatisſimi Viri, inter quos in primis mihi nominandi ſunt CONRINGIVS, *de Imp. Rom. Germ. C. XII.* LIMNAEVS *ad Capit. Caroli V. Art. III. p.* 148. *ſq.* HVBERVS *de Jur. Civ. L. I. Sect. IX. C. VII.* abunde refellerunt. Cognitum ac perſpectum quoque eſt, in Regnis ſucceſſivis, defuncto eo, penes quem ſumma poteſtas fuerit, eandem ad populum, tanquam Subjectum commune, reverti, niſi, Pacto ſeu Lege fundamentali, in alios transeat, vi cujus poſterioris deinceps, ob evitandos motus,

motus, qui facile Interregni tempore oriri poſſunt, Inter-Reges conſtituuntur, penes quos, vacante ſolio, ſumma rerum eſſe debeat. Neceſſarium vero eſt, ut his eadem ſpecie Majeſtas competat, quae quondam Imperanti competiit, niſi exercitium ejusmodi Jurium Majeſtaticorum limitibus circumſeptum eſt. Conf. deſideratiſſimus GRIBNERVS *in Princ. Jur. Nat. L. II. C. IX. §. 4. de Jure Regni Electivi.* Quae Juris Publici Univerſalis principia ad Pro-Caeſares noſtros facillimo negotio transferre licet. Cum enim horum poteſtas a CAROLO IV. Statibusque Imperii, per Aur. Bullam, extra omne dubium poſita ſit, eodem modo, iisdemve conditionibus, Majeſtas temporaria Ipſis confirmata eſſe, intelligitur, quibus eo tempore perpetua penes Imperatores fuerat.

## VI

*Pſeudo-origines Vicariorum recitantur.*

Dici autem vix poteſt, quam inani induſtria *Vicariatum noſtrum* Viri ceteroquin Praeſtantiſſimi propoſuerunt, cum latiſſimi hujus Terrarum orbis Vicarios recitent, id quod LIMNAEO *in Jur. Publ. C. XII.* et CVJACIO *in Paratit. tit. de Officio Vicarii*, placuit. Copioſius quidquid apud Romulaeam gentem de Vicariis legitur, SPANHEMIVS *dans ſon Diſcours du Vicariat de l'Empire*, et BECCMANNVS *Diſ. Exot. V.* docuit, illorum vero au-

 ctori-

ctoritatem M. AVG. CAMPIANVS *in Libro de Offic. et Poteſt. Magiſtr. Rom.* ſigillatim exhibuit. In *Jure Canonico* quoque et Summi Pontificis, et Epiſcoporum aliorumque Vicarii recitantur. Vid. *Comment. ad tit. X. de auctorit. et uſu Pallii; de officio Archi-Diaconi, Archi-Presbyteri, Primicerii, VICARII, cet.* Ecquis vero aliena et inconvenientia hic perhibere vellet, quae ab antiquis Germanorum Inſtitutis ac Legibus plane abhorrent. Habet enim Germania noſtra peculiarem imperandi formulam, diverſiſſimam plane a priſcorum Romanorum ſtatu, habet Eadem alios Imperantes, alios Co-Imperantes, quorum poſteriorum conditionem, poteſtatemque Majeſtaticam, quae Interregni in primis tempore illis competit, ex Archi-Officiis, nimirum Archi-Palatinatu et Archi-Mareſchallatu, commemorabo.

## VII

*Verae ſub Archi-Officialibus Germanorum conſpiciuntur.*

Jam primum omnium ſatis conſtat, quod, ſub Carolingicis Caeſaribus, *Belli Palatiique Officia*, Franco-Gallorum more, geſta fuerint. Cum enim *Majores Domus*, vel minorennitate, vel imbecillitate Regum Maerovingicorum, ſummam rerum tenuiſſent, et, exareſcente hoc Regio Stipite, Carolingica gens ſceptra ſibi aſſeruiſſet, haec, ſagacitate dominandi, illorum auctoritatem plane ſuſtulerat, ne paria fata

Ante-

Anteceſſorum ſuorum ipſi extimeſcenda eſſent. Quam ob cauſſam *Belli* haec *Pacisque Officia Imperatores dividebant*, quatuor Miniſtros demum Curiae praeficiebant, quorum alii Imperii curis, alii ſervando ſplendori ac pompae Regiae inſervirent; *Priores* Comitem Palatinum et Mareſchallum, *poſteriores* Pincernam et Camerarium dixere. Teſtem hujus inſtituti citare poſſum, videlicet HINCMARVM, Archi-Epiſcopum Rhemenſem, Virum in Aula verſatum, qui praecipue in Epiſtolis ſuis, quas *de ordine Palatii* inſcripſit, praeſtantiſſima ejus rei teſtimonia in medium produxit. Vid. VOSSIVM *de Hiſt. Lat. L. II. C. XXXVI. p.* 320. Adeundi ſimul erunt Celebratiſſimi Viri, CAR. DV FRESNE, *in Gloſſ. med. et infim. Latinit.* 1 JO. NIC. HERTIVS, *in Notit. Regni Franc. vet.* 2 et PFEFFINGER *in Vitriar. illuſtr.* 3 Nec vero ſolum ſub Carolingis haec Palatina Officia uſitata fuerunt, ſed et, delato ad Germanos Imperio, ſub Imperatoribus Germanicis floruere, ac in tanta fuere aeſtimatione, ut et Imperii Principes eadem in Aulis ſuis imitari voluerint, atque debuerint, Auctore inſigni illa CONRADI SALICI Conſtitutione 4 *de expeditione Romana.*

1 Sub vocibus: *Pincerna*, *Seneſcalcus*, *Dapifer*, *Comes ſtabuli*, *Mariſcalcus*, *Camerarius*, cet.

 2 Cap.

2 *Cap. III. Opuſcul. ejus Vol. II.*
3 *T. I. p. 1019.*
4 Quae exſtat in *GOLDASTI Conſt. Tom. I. ad ann. 881.*

# VIII

*Ratio, cur Interregna ſub Carolingicis ceſſaverint.*

Nullum autem veſtigium ſub Caeſaribus Carolingicis cujusdam Interregni occurrit, quia ſtatim, poſt obitum Patrum Imperantium, Filii ſucceſſores, brevi facta declaratione Ordinum, ſolium Regium occupabant, quidquid alii in contrariam, de abdicatione CAROLI CRASSI, aſſerant partem. Exinde ſequebatur, ut, iisdem regnantibus, Palatini Miniſtri, quorum ſucceſſores, interveniente Interregno, *Vicariatum* gererent, exiſterent quidem, vera autem indoles et exercitium *Jurium Vicariatus* illo tempore parum eniteret. At uti Archi-Officia poſtea, ſub Saxonicis reliquisque Imperatoribus, ſplendidiora gravioraque facta, eodem modo in Interregnis Archi-Officiales, ſcilicet Archi - Palatinus et Archi - Mareſchallus, eminuerunt; Ille, tanquam ſummus Juſtitiae Vindex, hic tanquam Defenſor ſecuritatis publicae, prodiit, ſimulque ſupremam militarem ſpartam geſſit, hinc omnium ſententiarum Executor, curamque pacis in ſe ſuſceperat. Vterque autem alienationes provinciarum impediebat, quae omnia SPE-

NE-

NERVS *cit. loc. L. II. C. III.* §. 2. *ſq.* operoſe dixit.

## IX

*Duplex munus Archi-Officialium noſtrorum adducitur.*

Probe *differentia inter Officia Regni Aulica*, den Reichs-Aemtern, et *Officia Imperatoris Aulica*, den Kayſerlichen Hof-Aemtern, jam annotanda erit, quae poſteriora, uti priora, generatim a nobis delineata, Archi-Officialibus noſtris competebant. Nam *Archi-Mareſchallus ſimul in Miniſteriales Aulae Jurisdictionem exercebat, corrigebat delinquentes, et morum quaſi Magiſtrum repraeſentabat.* VRSPERGENSIS in Chron. ad annum 1209. *Archi-Palatinus non Juſtitiae tantum, ſed et menſae adornandae curam habebat.* Egregie ultimum hoc exemplo EBERHARDI, Francorum Ducis, Dapiferi, WITTEKINDVS *Annal. L. II. p.* 643. ap. MEIBOMIVM *T. I. Script. Rer. Germ.* comprobat. Ex his et DITMARI *Merſeb. Chron. L. IV.* in LEIBNITII *Script. Rer. Brunſv. T. I. p.* 349. quoque perſpicuum eſt, Archi-Officia antiquis temporibus, ſub OTTONIBVS in primis, non perpetuo nexu, vel alicui certo Ducatui, vel genti conjuncta, ſed ambulatoria, et modo huic, modo alii Duci, conceſſa fuiſſe. Quibus vero ſubſidiis ac commemorationibus his Ordinum noſtrorum praerogati-

gativis ſequiori ſaeculo deſtituimur: Interim probabiliter monſtrari poteſt, quisnam illorum Regni Officialium ſtatus fuerit paulo ante FRIDERICI I. AHENOBARBI tempora. Quod enim Sueviae Duces, et ipſe FRIDERICVS, antequam Imperator eligeretur, Dapiferi fuerint, clarum eſt ex Charta 1 BERCHTOLDI, Bambergenſis Epiſcopi, qua illum, Epiſcopi ECBERTI tempore, Dapiferatus munus gesſiſſe proteſtatur. Idem, poſt fata HEERMANNI II, Comitis de Stalecke, in fratrem ſuum CONRADVM, Ducem Sueviae, Archi-Palatinum, anno 1156. in publicis Imperii Comitiis Goslariae, transtulit, cujus auctoritatem GVILIELMVS NEVBRIGENSIS 2 recenſuit. Satis interea conſtat, Archi-Palatinatum hunc magna quidem incrementa ſub EBERHARDO, fratre CONRADI I. Caeſaris, HERMANNO, EZONE, Comitibus Palatinis, quondam habuiſſe, majora vero ſub illo CONRADO, qui, ob arctiſſimum ſanguinis Caeſarei foedus, multarum Provinciarum in Francia, Suevia, reliqua, adquiſitor, multaque praedia Eccleſiis Rhenanis, videlicet Trevirenſi, Colonienſi et Wormatienſi, illum ſurripuiſſe, GIOVANNI *German. Principe L. V. C. I. p.* 14. indicat. His ergo dictis, quilibet jam inferre poterit, novam veluti formam, ſub FRIDERICO I. Caeſare, Imperium noſtrum accepiſſe; Etenim Palatina Officia hic

iterum

iterum revocavit, quin imo hereditaria effeciſſe videtur, cum noſtra etiam aetate ab iisdem ea geri videamus, quos ARNOLDVS LVBECENSIS *Chron. Slavor. L. III. p.* 319. commemoravit, quod rei argumentum pluribus illuſtrarunt CONRINGIVS *in Exercitat. de Republica Germ. Diſſert. IV.* §. 13. PFEFFINGER *in Vitriario illuſtr. L. I. T. XIII. not. b.*

1 Vid. *GEWOLDVS de Septemviratu p.* 754.

2 *In Rebus Anglic. L. IV. C. XXX.* it. *DODECH. ad annum* 1156. *Abbas VRSPERG. Chron. p.* 283. *OTTO FRISING. de Geſtis Friderici I. L. I. C. XXI. p.* 418. *TOLNER. Hiſt. Palat. C. XV. p.* 308. a *BVNAV in Vita Friderici I. p.* 67.

## X

Summa interdum Eruditorum induſtria, in inveſtigandis ac explanandis vocibus, obtinuit, quam quoque in Archi-Officiis noſtris oſtenderunt. Quum *Comes Palatii* ſynonymon habeat *Dapifer*, *Archi-Droſſartus*, **Droſt**, **Drotſet**, **Drotzet**, **Trotze**, **Truchſeß**, idem eſt ac *Judex Regius*, qui Regi amiciſſimus erat. Franco-Galli dicunt *Sennechal*, i. e. **ſeinen Schalck**; vid. DV FRESNE *in Gloſſario med. et inf. Latinitatis* ſub voce *Seneſcalcus*, quae vox *in Jure Aleman. Tit.* 79. §. 3. *Etymologia vocis Archi-Droſſartus traditur.*

domus

domus Curatorem denotat.[1] Magnam illius auctoritatem adhuc eſſe in Gallia, Britannia, Suecia et Dania, docet LEIBNITIVS *in Etymologia apud* ECCARTVM *in not. ad Catecheſin Theodiſcam*, et TOLNERVS *in Hiſt. Pal. C. VI. p.* 172. Judiciale et Aulicum munus ejus erat, de quo jam dictum, praecipue autem judiciale. Nam Jus idem in Palatio Regio Francici Regni dixit, [2] vel cum Rege ſolemniter, tanquam Adjutor adminiſtrandae Juſtitiae, vel, illo abſente, partes judiciales, tanquam Vicarius, in ſe ſuſcepit. Cuicunque ergo, vivente, imperante et abſente Caeſare, ſumma rerum concredita, neceſſario hanc, illo mortuo, exercebit; nemo enim in Interregno eſt, qui Jus dicat, niſi qui vices ipſius Imperatoris ſuſtineat.

1 Vberius haec §. XIX. traduntur.

2 Imperium noſtrum Francicae originis eſſe, indubia ſcriptorum fide ſcimus, in quo Francia primariam partem conſtituebat, reliquae illius Provinciae, Saxonicae ſcilicet, Bojicae, Suevicae, Venedorumque acceſſoriae erant. Illa enim vel Francia Germanica, vel Ripuaria, (inter Moſam, Moſellam et Rhenum) vel Mediana, ſeu Belgica continebatur, in iſta Moguntia Eccleſiaſtica, et Francofurti ad Moenum Civilis, in illa Colonia Agrippina Eccleſiaſtica, et Aquisgranum Civilis, in hac Treviris Eccleſiaſtica, et Metae Civilis Metropolis erat. Maximam

mam auctoritatem Regni Francici Primates tres exinde nacti ſunt, quoniam in praecipua Regni parte ſedem ſuam collocaverant. *Vid.* PETRVS DE MARCA *in Diſſ. de tribus Primatibus*, BIGNON *ad* MARCVLPHI *Formulas*, HERTIVS *in Notit. Regni Franc. vet.*

# XI

*Modus ſuſtentandi Archi-Officialium deſcribitur.*

☞ Inde *hic Comes* potiſſimum in ſummo Aquisgranenſi Palatio, 1 h. e. *ſummus cauſſarum Civilium Judex fuit*, adeo, ut

*ſtupidae formidine magna*
*Plebis et ingenti pariter ſuſceptus honore*
*Regia ſolerti ſtudio mandata perageret.*

GVNTHER. *in Ligur. L. VIII. v. 353. ſq.* Hic ſimul ſecundum morem frequentiſſimum in Germania, *loco honorarii ſalariique, terras quasdam*, muneris naviter exequendi, judicandi dijudicandique cauſſa, *adquiſivit*, quibus *Archi-Mareſchallus* carebat, quia, tempore Belli, Comitiorum, Electionis, Coronationisque tantum munus ſuum, caſu extraordinario, gerebat, hinc, loco ſalarii, *non opus habebat regione quadam*, uti Archi-Palatinus, qui omni tempore Juris dicendi facultate pollebat. SPENER *L. II. C. III.* §. 4.

1 De Provinciis Germaniae, quae ex Regnis natae ſint, *Speculator Jur. Prov. Sax. L. III. Art. LIII. §. 1. ſcribit:* In teutſchen Landen hat jedes Land ſeinen Pfaltz-Grafen. Sachſen hat einen, Bayern hat einen, Francken hat einen, Schwaben hat einen. Dieſe vier Lande waren hievor alle Königreiche. In ſingulis his Regnis plura erant Palatia, quæ ſingulari induſtria recenſuit *MABILLONIVS de Re Diplom. L. IV.* item *LEHMANN. in Chron. Spir. L. VII. C. XVI. FRITSCH de Palat. Princ. PETR. PITHOEVS in Obſ. de Comit. Gall.*

# XII

*Deſcriptio Aquisgranenſis Palatii.*

*Sedes*, uti jam diximus, *Juſtitiae primaria* Aquisgrani olim fuit. Nam PIPINVS Rex Comitia ibidem habuit, et CAROLVS M. Regiam ac ſuam ſedem Aquisgranum dixit, EGINHARDVS *in vita Caroli M. p.* 22. STEPH. BALVZIVS *in Not. ad Capitul. Franc.* AEdificiis, Palatiis et Inſigniis, Romanorum more, ſub Eodem exſplendeſcere incepit, hoc quoque Succeſſoribus dedicavit, ob quam cauſſam LOTHARIVS II, uti nos docent *Annales* BERTINIANI, Metropolin ibi iterum conſtituit. Quum vero, poſt exceſſum ſtirpis Carolingicae, Lotharingia in Germanici Imperii corpus anno 926. per Pactum Bonnenſe coaluerit, quod poſt

poſt DV CHESNE *T. II. p.* 517. SCHATEN. *Annal. Paderb. L. III. p.* 225. *T. I. edidit*, Archiſolium hoc HEINRICVS I. *Auceps* renovavit, qui ſaepenumero ibi commoratus, ſeque Franciae Orientalis Regem nuncupavit, demum quoque in Regno Lotharienſi, ſecundum *Diploma* ADELBERONIS, Epiſcopi Metenſis, quod CHIFFLETIVS *in Comm. Lothar. p.* 9. *ex Chartulario Gorizenſi* extulit, Rex ſalutatus. Succeſſor Filius OTTO I. M. Aquisgrani veſtitu Francico coronatus, Regemque Francigenum Lotharienſium, Saxonumque ſe ipſum vocavit. Vid. AVB. MIRAEVS *Diplom. Belg. L. I. C. II.* OTTO II et III, Caeſares, ſplendidiſſimo hoc loco Regio quoque Diademate ornati. Convenit cum his, quæ WIPPO, *in Vita Conradi Salici p.* 426. diſſerit, it. DITHMARVS *in Chron. L. III. p.* 343. JOH. NOPPIVS *in Chron. Aquisgran.* et GVNDLINGIANA *P. XVIII. Diſſ. II.* von der Crönungs-Stadt Aachen.

## XIII

Diu obſervavit TOLNERVS, *in Hiſt. Pal. C. II. p.* 24. *Archi-Palatinos quondam in Lotharingia* circa Moſellam, *et in finibus Belgii*, videlicet in partibus Archi-Epiſcopatus Colon. et Epiſcopatus Leodinenſis, *potiſſimum conſediſſe*. Inter praecipuas illorum terras enarrat Co- *Situs Palatinatus veteris.*

 mita-

mitatum Nemoris, et in eo caſtrum Thonaburg, hodie Thomberg, Berchem et Duren, in Ducatu Juliacenſi Brovilre, Dominium ad Lacum, Comitatum Meyenfeld, Monaſterium Eifliae, Palatiolum Pfältzl, quod procul Treviris, quin et magnam ſylvae Arduennae et Ducatus Juliacenſis partem, cum terris vicinis, cis et trans Rhenum, ut dubitari non poſſit, Palatinatum Rhenenſem olim in inferiore parte Lotharingiae, a Belgio ad Moſellam usque, circa Aquisgranum habuiſſe domicilium, non in iis terris, quae jam Palatinatus ad Rhenum vocabulum adoptarunt. Variis deinceps acceſſionibus auctae ſunt eaedem provinciae, per Comitatum Stalecke et Bacharach, Graichgoviam cum burgo Heydelberg, Comitatum Stalbuhel et reliquas, quas jam Palatini Rhenenſes poſſident provincias, quarum incrementa ZEILLERVS *in Topogr. Pal. Rhen.* et FREHERVS *in Orig. Pal. L. II. C. X.* delinearunt.

## XIV

*Qui ex nimia liberalitate decrevit.*

*Nihil autem, praeter Bacharachum, Comitibus Palatinis hodie ſupereſt;* nam plerasque terras Illi vel in Eccleſias et Monaſteria, a ſe condita, liberaliter contulerunt. Si eſſent allodiales, vel vaſallitico nexu, obſtrictae Imperio, aliis in Subfeudum conceſſe-

ceſſerunt, quemadmodum TOLNERVS *C. III. Hiſt. Pal.* commentatus eſt. Vnde ditiones Leodinenſis Epiſcopi, Comitum Juliaci, Cliviae, Montium, Mandersheidenſium, Wittgenſteinenſium, Saynenſium, Wiedenſium, valde crevere. Quas ergo noſtra memoria Provincias tenent, in finibus Sueviae Rhenique, tam ſuperioris quam inferioris, noviter acquiſitae ſunt, et ſi MIEGIVM *Conſil. Eccl. in Tract. de Hiſt. Eccl. Pal.* ſequimur, tempore Reformationis Comites hi Palatini trecenta fere coenobia (ut ſaeculi verbo utar) ſaeculariſarunt.

# XV

Singulare autem, intuitu ſucceſſionis in Palatinis terris, quondam obtinuit, nimirum poſt obitum CONRADI I. Archi-Palatini, ſuperſtitem ejus filiam AGNETEM, marito ſuo HENRICO PVLCHRO, Duci Saxoniae, Palatinatum attuliſſe, ediſſerit ALBERICVS, Triumfontium Monachus, *in Chron. ad annum* 1193. item *Monachus Weingartenſis p.* 805. Iram vero Caeſaris hic, Guelphica ſtirpe prognatus, non effugit; a FRIDERICO II a. 1215. proſcriptus, Rhenique Palatinatu multatus eſt, qui in LVDOVICVM *Bojicum*, Ducem, Diplomate Caeſareo transferebatur, vid. TRITHEMIVS *in Chron. Sponhem. p.* 269. FREHERVS *Succeſſionis femineae in Palatinatu exempla.*

 *Orig.*

*Orig. Palat. P. I. C. X. et XII.* cujus dominium vero ſubjecti agnoſcere noluerunt, quod, fidem HEINRICO violare, nefas ducerent, hinc ab illis captus cum ſuis, donec virulenta haec odia, ſequentem in modum, inter belligerantes, compoſita erant: Quod LVDOVICI filius, OTTO ILLVSTRIS, cum AGNETE, filia HEINRICI, Ducis Saxoniae et Comitis Palatini, 1225. connubia iniret, Palatinatumque ſimul acciperet, quem ergo ille, poſt Genitoris et Soceri ſui obitum, occupavit. AVENTINVS *Annal. Schir. L. I. C. III. §. 1.* et vetus Poeta apud BERTIVM *Rer. Germ. Comm. L. II. p. 291. in varior. Not. ad Monzambanum C. II. §. 5. p. 305.* ita cecinit:

Otto der erſte Pfaltz-Graf by Rhyn
Hat Pfaltz-Graf Heinrichs Tochterlyn
Mit Mannheit er is erfacht
Des Richs Churfürſt blieb ſein Geſchlacht.

Floret adhuc hujus OTTONIS propago, quamvis Electoratus in quartam lineam jam translatus ſit. Nam vetus Electoralis linea in OTTONE HEINRICO, *Magnanimo*, 1559; Simmerenſis in CAROLO, filio CAROLI LVDOVICI, 1685; Neoburgenſis in CAROLO 1742 exaruit, quem CAROLVS PHILIPPVS, *Sultzbacenſis*, in Electoratu et Palatinis terris excepit.

XVI

# XVI

Non minori auctoritate ac poteſtate Archi-Mareſchallus 1 in Germania quoque exſplendeſcit. Prodit enim Idem, tanquam Cuſtos Pacis, Stator et Aſſertor ſecuritatis publicae, et, ſi GREGORIO TVRONENSI *L. V. C.* 48. credimus, antiquiſſimis temporibus, executione Sententiarum, judiciale munus ſuffulciebat. Belli temporibus, quibus priſca aetas fere referta erat, lectiſſimae in primis militiae praeerat, cum quo munere conjunctum eſſe videtur Archi-Vexilliferi officium, propterea, quod Vexilla Imperii ſub ſe habebat, et, ſecundum DATTIVM, *de Pace Publ. L. I. C. XXI. p.* 148. quilibet Vicariorum vexillum Juſtitiae conſequebatur. Tempore Comitiorum, Electionis atque Coronationis Caeſareae eminentiſſimas expeditiones adhuc habet. Nam cognoſcendi, judicandi, dijudicandique facultate in transgreſſores Ordinationum Imperii pollet. Singula haec PAVLVS DIACONVS *in Hiſt. Longob. L. VI. C. XVI.* his verbis fuſius explanavit: *Principes Francorum totius belli curam in Archi-Maraſchallum rejeciſſe. Hujus enim erat, exercitus ducere, Regni limites tueri, atque onus Regnumque, curas, ſuis humeris ſuſtentare.* Huc *ea etiam ſpectant, quae* VRSPERGENSIS *ad annum 1209.* diſſeruit: *Cum Imperator veniſſet Auguſtam, multique Principes et milites conveniſſent ad Curiam, praecepit Imperator*

*Imago Archi-Mareſchalli ſiſtitur.*

tor

*tor Mareſchallo de* CALATIN, *i. e.* PAPPENHEIM, *et militibus ſuis, quatenus malefactores inveſtigaret, ſibique eos habeat in judicio.* Hinc eſt, quod *nudatum enſem* [1] geſtet, et ejuſdem uſus Auguſtale officium denotet. SCHVRZFLEISCH *in Diſſ. de Wittekindo Magno p.* 29. *no.* 3. quem quoque in ſolemnibus actibus Caeſari praefert, Vid. A. B. C. XXII. et Privilegium SIGISMVNDI de anno 1415. quod LVNIGIVS *Part. Spec.* 20. *II. p.* 4. exhibet.

1 Derivationem hujus vocis dedit *DV FRESNE in Gloſſar. T. II. p.* 504. ſub voce: *Mariſcalcus*; videlicet *a merre*, *vel equo*, quem plurimi interpretes ſecuti; alii aliter arbitrantur, quod ab *Heer*, i. e. exercitu, originem ſumſerit, idemque eſſe ac Heer-Stall.

# XVII

*Qui eminentiam in Comitiis et Collegio Electorali ſibi ſtabilivit.*

Fluit porro ex ſublimi hac Archi-Mareſchallatus poteſtate, quod, abſente impedito, mortuo Electore Moguntinenſi, imo et certa ratione, eo praeſente, *Archi-Mareſchallus in Comitiis et Collegio Electorali jus indicendi moderandique habeat.* 1 Eam ob cauſſam JOHANNES, Elector Saxoniae, cum Archi-Epiſcopo Moguntinenſi, ALBERTO, Spirae transactionem iniit, quae denuo inter Electorem Moguntinum, DANIELEM, et AVGVSTVM, Saxoniae

niae Electorem, Francofurti ad Moenum 1562. confirmata, vid. *Perilluſtr.* LIB. BARO DE ZECH, im Anhange des Europaeiſchen Heerolds, *p.* 1551. *ſqq.* multisque actibus poſſeſſoriis demum corroborata, ceu acta anni 1678. apud KVLPISIVM *ad* MONZAMBANVM *P. II. C. V. ad* §. 26. *p.* 163. *ſqq.* nos docent, ubi, haec Jura, Archi-Mareſchallo competentia, a Legato Saxonico in Curia ſolemni Ratisbonae graviter vindicata eſſe, ſcimus. Cum quoque in Collegio Electorali omnes res ſuffragandi modo aeſtimentur, componanturque, Idem poſtremo *votum Moguntinenſe excipit*, et Ejus abſentiae tempore, inſtar Decani Collegii Electoralis, diſponit ac dirigit; quas quidem Saxonis praerogativas interdum Trevirenſis et Colonienſis Electores fruſtra in dubium vocarunt, exiſtimantes, quia munere Archi-Cancellarii ſimul fungerentur, jus dirigendi hoc caſu illis potius competere. At diu Celeberrimi Viri 2 auſus iſtos virgula cenſoria notarunt; nimirum, quod Archi-Cancellarii, tam Arelatenſis quam Italici, poteſtas ad Res publicas proponendas non extendenda, et convenientius ſit, Germanos per Germanorum Archi-Officiales negotia ſua expedire.

1 Plenius haec docet div. *GRIBNERVS in Progr. Gieriſch.* et Illuſtr. *RECHENBERG. in Epiſt. de Jure S. R. G. I. p. 77.*

 2 Auctor

2 Auctor der Grund-Veſte *P. II. C. IV. p. 97. ARV-MAEVS de Comit. C. VI. in fin. C. VII. no. 77. HORN. J. P. prud. C. XLV. ſſ. 10. p. 449.*

# XVIII

*Doctores, qui Vicariatum ex Palatinatu Electoratu ac Ducatu eruunt, commemorantur.*

His praefultis ac praemunitis, jam, quoad ejus fieri poſſit, ſciſcitabimur: An ex illis Archi-Officiis *Vicariorum Natales, Jura ac Poteſtas* non ſit eruenda. Diverſiſſima in his Eruditorum judicia eſſe, animadverto. Nam *Vicariatum ex Palatinatu depromendum eſſe*, magna doctiſſimorum Virorum caterva aſſeruit. Pro Rhenenſi Palatinatu PET. PITHOEVS, FREHERVS, TOLNERVS, PFEFFINGERVS, SCHWEDERVS, quibus jungi debet MABILLONIVS, qui CONRINGIVM emendavit, *de Re Diplomatica L. II. C. XI.* GEORG. SCHVBARTVS *de Comit. Palat. Exerc. Hiſt.* quae cum REINESII *de Palatio Lateran.* Commentatione prodiit Jenae 1679. nonnulla dixerunt. Pro Saxonico Palatinatu SPANGENBERGII, FABRICII, ALBINI, MEIBOMII, SAGITTARII, SCHILTERI, SCHVRZFLEISCHII, HOENNII, TENZELII, REINHARDI, OCKELII, STRAVCHII et AVGVST. DE CANVSIO Bedencken von den Reichs-Vicariis, aliorumque, quos SPENERVS *L. II. C. III.* §. 11. *it. C. II. L. III.* §. 7. ſub examen revocavit, ingenii foetus innotue-

notuerunt. Alii *origines Vicariatus Palatini* ex Electoratu repetierunt, quam ſententiam in primis tuetur GEWOLDVS *Tr. de Septemviris S. R. I.* Alii Vicariatus Saxonici elementa ex Ducatu oſtenderunt, quod argumentum GRIBNERO *in Diſſ. de Terris Jur. Sax.* §. 8. *lit. q.* et Illuſtri GLAFEY in dem Kern der Geſchichte des Hauſes Sachſen *C. II.* §. 1. 2. ſq. placuit, diſplicente tamen GVNDLINGIO, in *Gundling. P. XXI. no.* 1. Sed omnes has hypotheſes ſigillatim inveſtigandi, praeſens inſtitutum non patitur, jam potius commentandi occaſionem nanciſcamur. *Vicariatum* Imperii noſtri ſolum ex Archi-Drotſeti et Archi-Mareſchallatus munere manare, conſentiunt nobiſcum, quoad prius, LVDEWIG *ad A. B. tit. V.* §. 1. *p.* 517. *et* 569. *ſeq.* COCCEJVS *J. P. C. XVI.* §. 3. STRVV. *Syntagm. J. P. C. XIII.* §. 25. quoad poſterius GIOVANNI *L. III. C. IV. p.* 164. *et* 165. *et L. V. C. IV.* §. 1. *Germ. Princ.* SPENER. *L. II. C. III.* §. 4. *et* 11. *it. L. IV. C. IX.* §. 2. KEMMERICH *J. P. L. III. C. VIII.* §. 17. Illuſtr. RECHENBERG *in Progr. de Vicar. Sax.* et NECKERVS in dem Staats-Rechte des H. R. R. teutſcher Nation C. VI. §. 3.

## XIX

Indubie Vicariorum Imperii auctoritas in rebus Judicialibus, ſecundum Leges publicas obſervandas di- *Munus Majeſtaticum Vicariorum et*

 judican-

*dictio Rhenenſis adaequata docetur.*

judicandaſque, conſiſtit. Quam adminiſtrationem Juſtitiae ipſe Caeſar imperans exercet, in hac Majeſtas ejus primario fundata eſt, cujus quoque praerogativa ac inviolabilitas in ipſos Vicarios noſtros, vi muneris Majeſtatici, [1] redundat. Sic baſis etiam Vicariatus Palatini judiciaria poteſtas eſt, ubi a loco judicii ſ. Palatii [2] Archi-Palatinus, Romano ſermone priſcis temporibus frequentiori uſu in cauſſis publicis adhibito, denominationem ſuam accepit. Sed quoniam omnes ac ſinguli tuto illum adire, ſolatiumque ab hoc conſequi poterant, placuit Majoribus noſtris, ut etiam Archi-Droſſartus, veluti **Troſt, des Landes Troſt** diceretur, quod meo judicio convenientius dictum eſſe videtur; Quae voces vero in Archi-Dapiferatum falſo commutatae ſunt, quamvis Idem ſimul munus hoc aulicum gerat. *Judicet nunc aliquis*, ſcribit GIOVANNI *L. IV. C. II.* §. 5. *annon haec Drotſeti ſignificatio potius ad Vicariatum judiciumque Imperatoris accedat, quam ad munus Dapiferi.* Meminit quidem CAROLVS IV. *C. V.* §. 1. quod Archi-Dapifer ad manus futuri Regis Romanorum Proviſor Imperii, ratione Comitatus Palatini, eſſe debeat, at vero ſimile eſt, Archi-Palatinum Rhenenſem terram quondam, intuitu muneris ſui judicialis, non Aulici, obtinuiſſe, quapropter primario ad munus iſtud, ſecundario autem ad terras, per munus adquiſitas, hic reſpiciendum eſſe videtur. Patet ſimul ex his, Archi-Dapiferatum

ratum veterem Comitatus Palatini ad Rhenum adnexum fuiſſe. Hujus rei fidem dabit Diploma CAROLI IV. *de Succesſione Comitis Palatini Rhen. de anno* 1456, quod, poſt GOLDASTVM *T. I. Conſt. Imp. p.* 351. exhibent FREHERVS de *Tutela Elector. in Repraeſ. Reip. Germ.* §. 392. et TOLNERVS *in Cod. Dipl. Hiſt. Pal. p.* 90. *Ex quo magnificus Rupertus Senior etc. eſt in poſſesſione et dominio ſeu uſu habet Principatum Palatinatus, Archi-Dapiferiam, terras, Vaſallagia cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio et vox Comitatus Palatini Rheni fundata eſt;* et paulo poſt: *Electio et vox ſuper Principatum, et ſuper terras Palatinas et ſuper Archi-Dapiferiam taliter fundata ſunt, ut unum ſine alio perſiſtere non posſit.* Add. MONZAMB. *C. IV.* §. 8. SCHILTER. *J. P. L. I. tit.* 18. §. 7. *n.* 6. *ſeq.* COCCEJ. *J. P. C. XVI.* §. 5. *ſqq.* et Pactum inter OTTONEM HENRICVM, Electorem Palatinum, et Agnatos 1553. initum, ap. Cel. JOANNIS *in Miſcell. ad Hiſt. Palat. p.* 37.

1 Vid. *GRIBNER de Jur. Imp. Vicar. ſſ. IV.* it. *MENOCH. Conſil. DCCXXVI. n.* 4. *qui vices alicujus gerit, ſimpliciter et abſolute poteſt ea, quae poteſt ipſe Principalis etc. et hoc exiſtimo probabili dubitatione carere. DECIAN.* Vol. 1. Reſp. 23. n. 69. *Vicarius generalis* poteſt omnia, *quae Princeps poteſt. SPENER L. IV. C. IX. ſſ.* 28.

2 Eſt vox Graeco-Romana et Archi-Droſſartus Graeco-Germanica. Vtraque *exercitium ſummae poteſtatis, idque judicialis, denotat.* Vid ſupra §. X.

# XX

*Fata Domus Palatinae, intuitu Vicariatus, aliorumque jurium.*

Permulta annorum ſerie *Vicariatum Imperii*, in terris Rhenanis, Suevicis et Francici Juris, *Archi-Palatini auſpicato geſſerunt*, uti literae patentes Vicarii Palatini, LVDOVICI, poſt exceſſum Caeſaris, MAXIMILIANI I. apud LVNIGIVM im Reichs-Archiv *Tom. VIII. S. P. Spec. Cont. II.* unter Pfaltz, *p.* 66. *ſq.* clare demonſtrant, quae omnia eodem tempore, a ſucceſſore CAROLO V. Caeſare, ceu modo citatus LVNIGIVS *T. V. p.* 594. docet, confirmata ſunt. Taceo diſſidia, quae in ipſa Domo Palatina, poſt obitum FRIDERICI IV. Electoris, inter AGNATOS, PHILIPPVM LVDOVICVM, Neoburgenſem, et JOANNEM III. Juniorem, Bipontinum, occaſione Tutelae in Electorem FRIDERICVM V. erant. Novae demum diſſenſiones inter eoſdem, gerendi Vicariatus cauſſa, poſt mortem RVDOLPHI II. Caeſaris, oriebantur, quibus Bipontinus, quemadmodum paulo ante, ab Imperatore et Imperio, in adminiſtranda tutela confirmatus, ita quoque, in exercendo Vicariatu, primas tenuit. Nam Idem cum Impubere FRIDERICO V. Electore, Comitiis Electionis, Francofurti ad Moenum habitis, interfuit, resque per Inter-

regnum

regnum geſtas, cum Electione Caeſaris MATTHIAE confirmavit, videantur ea, quae hac de re recentiſſime tradidit D. PHIL. FRID. HAHNE in der Erläuterung der neueſten Welt-Geſchichte *P. I. p.* 41. *ſq.* Praetermitto virulentas contentiones inter Agnatos Lineae Rudolphinae et Wilhelminae, videlicet inter FRIDERICVM V. Elect. Palat. et MAXIMILIANVM, Ducem Bojicum, cum ob dignitatem Electoralem, et Archi-Droſſartus munus, tum ob geſtionem Vicariatus anno 1614. ortas, quas Duumviri Celebratiſſimi MARQV. FREHERVS et CHRIST. GEWOLDVS, publici juris fecerunt, quorum tamen ſententias LVDWIGIVS *in Comm. A. B. T. I. p.* 528. *ſq.* copioſe nobis declaravit, inſtar omnium vero evolvendus eſt liber, cui titulus: *Repraeſentatio Reipublicae Germanicae Nor.* 1657. *in 4to.* et HERTLINGIVS *in Diſſ. de S. R. I. Vicariatu Bavarico-Palat.* Heidelbergae 1742. habita.

## XXI

Diverſiſſima autem fortuna *utraque gens*, diverſis temporibus, *exercitium hujus Vicariatus obtinuit.* Nam poſt diſceſſum Caeſaris MATTHIAE, FRIDERICVS V. jura ejuſdem, anno 1619. per literas, apud LONDORPIVM *in Act. Publ. T. I. p.* 573. exſtantes, vindicavit, qui demum Principum Palatinorum infelicisſimus fuit. *Occaſio infortunii* in Regni Bohemiae *Quorum continuatio adhuc deſcribitur.*

acce-

acceptione ponenda eſſe videtur, ubi Regio Diademate 1619. d. 4. Nov. FRIDERICVS exornatus prodiit. Quam Coronationem autem FERDINANDVS II. Caeſar aegre tulit, adeo, ut Hiſpani partem inferiorem, Boji partem ſuperiorem Palatinatus occuparent. Ipſe vero aemulum Regni cum copiis ſuis d. 8. Nov. 1620. prope Pragam profligaret, eundemque ſubſequente anno proſcriberet, quemadmodum per incorrupta rerum monimenta ſatis exploratum habemus. Qua expeditione favorem Caeſaris MAXIMILIANVS II, Dux Bojicus, adeo ſibi conciliaverat, ut proſcriptionis Caeſareae Executor fuiſſet, et, ob quaevis auxilia praeſtita, dignitatem Electoralem Palatinam, cum omnibus Regaliis, Officiis, Praecedentiis, Inſigniis et quibuscunque Juribus conſecutus eſſet, quae Inveſtitura Ratisbonae d. 25. Febr. 1623. ab ipſo Caeſare peracta eſt. Expreſſe in his literis, quas LVNIGIVS *T. V. p.* 693. ſub *Palatinatu* nobis exhibet, FERDINANDVS II. proteſtatur, Vicariatum Imperii in poſterum penes Bavaros eſſe debere, cui Caeſareae Conceſſioni Succeſſor in Palatinatu, CAROLVS LVDOVICVS, longe impar fuit. Quapropter in *Inſtrumento Pacis Weſtph. Art. IV.* §. 3. novum robur ac vim res Caeſaris, Bojicae genti quondam conceſſae, acceperunt. Silet quidem de his praerogativis, intuitu Vicariatus gerendi, citatum Inſtrumentum, imo Succeſſor Caeſar FERDINANDVS III. in Inveſtitura Bojica, anno 1652, Duci

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0036-8

Duci ALBERTO, intuitu minorennis Electoris, FERDINANDI MARIAE, conceſſà, ejuſdem dignitatis plane immemor fuit. Vid. SCHWEDER. *in Theatro Praetenſ. Illuſtr. T. II. p.* 553. *ſq.* Nihilo tamen ſecius, exiſtente Interregno, anno 1653. poſt obitum FERDINANDI III. Elector Bojoariae, FERDINANDVS MARIA, contra CAROLVM LVDOVICVM, Palatinum, ſcriptis, manibusque in Comitiis Electionis Francofurtanis reluctantem, victoriae palmas reportavit. Ille actus Vicariatus, in Interregno Ferdinandeo, Sigillo Camerae Imperii munitos, cum ipſo Saxone ſimul exercuit, et ea de re, commemorante LVNIGIO *T. V. C. I. p.* 726., a recens electo Caeſare, LEOPOLDO, peculiarem confirmationem 1659. accepit. Tentabant quidem cordatiores Principes, amicabili compoſitione, funeſtisſima haec disſidia dirimenda, quam ob cauſſam anno 1670, ſuaſu Purpurati, *Wilhelmi Egonis de Furſtenberg*, Elector *Maximilianus Henricus*, Colonienſis, Bojica, et *Carolus Philippus*, Neoburgenſis, Palatina Jura aſſerenda, in ſe ſuſceperant, hinc anno 1673. Vlmae convenerant, ubi ſequentem in modum invicem deliberaverant: *An dividendus Vicariatus, vel alternative exercendus, vel denique commune Judicium conſtituendum ſit.* Omnem vero operam ſagaciſſimi Principes fruſtra collocaverant, quod uberius STRVVIVS *in Sygtagm. Jur. Publ. p.* 611. docuit.

 XXII Ino-

# XXII

*Quae, praeſente Saeculo, amice averruncantur.*

Inopinato quidem caſu, in Interregno Joſephino, anno 1711, JOANNES, Elector Palatinus, *Jura Vicariatus recuperaverat*, et cum Saxone exercuerat, Electionem Carolinam Francofurti ad Moenum, cum aliis Electoribus, curaverat. Vid. *Electa Jur. Publ. T. III. p.* 421. quoniam vero *Tabulæ Pacis Badenſis*, an. 1714. conditae, proſcriptum Electorem MAXIMILIANVM EMANVELEM, ab Exteris, in patrias regiones *revocaverant*, altercationes propter Vicariatum iterum reſuſcitabantur, quae demum, praeter omnem ſpem, inter utramque gentem, *Transactione Monachio-Mannheimenſi*, anno 1724. inita, ſopitae ſunt. In hac ſibi invicem promiſerunt: *Vt Vicariatus eodem modo, communicative, gerendus ſit, quo Archi-Mareſchallus Saxo, proprio Marte, illum tenet.* Quem in finem Pro-Caeſares illi, initio Menſis Febr. an. 1741, *Summum Judicium Vicariatus*, Auguſtae Vindelicorum, cui Praeſes, Cancellarius Conſiliarii et nonnulli Officiales praeeſſent, ſtabiliverunt, ſimulque in mandato, ſub finem Commentationis hujus a nobis *Lit. B.* ſubjuncto, expreſſe declararunt, quod inter Vtrosque lites jam evanuiſſent. Altioris indaginis eſſe Conventionem illam domeſticam, arbitrati ſunt Electores Moguntinenſis, Trevirenſis, Hanoveranus cum Epiſcopo Bambergenſi; Diſceſſus enim ab A. B. jam eſſet factus, Conſenſus Procerum Imperii et Caeſarea Confirmatio abeſſet

eſſet. Vid. Sammlung einiger Staats-Schriften, welche nach Ableben Kayſer Carls VI. zum Vorſchein kommen 1741. Interea *de Jure dicendi, reſpondendique, facultatem Vicarii ſibi vindicaverant*, quamvis ob eandem cauſſam Principes quidam Imperii Proteſtantes, diſſenſum ſuum palam declaraviſſent, in primis CAROLVS, Adminiſtrator quondam Ducatus Würtembergici, et Marchiones Brandenburgici, Onolsbadenſis et Baruthinus, quibus, in dicta Transactione, nimia indulgentia erga Religionem Romano-Catholicam periculoſa viſa erat. E contrario Ordinibus quibusdam Imperii, videlicet Epiſcopo Auguſtano et Aichſtadienſi, quod Domus Bojico-Palatina ſtatuerat, non diſplicuit. Conf. die Staats-Canzley *P. LXXVIII.* An ergo ſoli Vicarii, an auctoritate Collegii Electoralis, an conſenſu Comitiorum Imperii et ipſius Caeſaris, validiora haec recentiſſime geſta fieri poſſint, in praeſenti dicere non auſim. Audiamus potius Auguſtiſſimum Caeſarem CAROLVM VII, *in Capitul. Art. III.* §. 15-19. ubi pronunciat: *Conventiones Bojico-Palatinas, intuitu Vicariatus initas, ab ipſo Imperio in Comitiis finiendas eſſe*; et eadem periodo ſimul *actus Vicariatus Saxonici*, tempore Interregni Carolini, *confirmavit*. Quare paulo penitius nunc ea perſpiciemus, quae, Vicariatum hunc ab Archi-Mareſchallo repetendum, doceant.

## XXIII

*Munus Archi-Mareſchalli Saxonibus competit.*

In promtu eſt, quod *Saxones* has *Archi-Mareſchallatus primas* a temporibus BERNHARDI I, Billingenſis, et ejus Succeſſoribus, e gente Guelphica, Aſcanenſi et Miſenenſi, usque ad noſtra tempora auſpicato *tenuerint.* Illius praerogativa in Imperio, et in Aula Caeſarea, ſemper exſplenduit, duplexque officium in ſe continuit, imo ipſa A. B. Huic, locum proximum poſt Archi-Palatinum tribuit. Quidni quoque, exiſtente Interregno, Saxones Vicariatum geſſerint, quamvis hic raro in Imperio exſtiterit. Nam ſub OTTONIBVS Interregna ceſſabant, ſub *Francicis Caeſaribus* adhuc Imperantibus Illorum Filii *Reges* eligebantur, quam providentiam *Suevici Caeſares*, FRIDERICI, in Filiis Succeſſoribus, quoque declaraverant. Vid. ſupra §. *VIII.* Sed, elapſo vicenario Interregno, factum demum eſt, ut *Principum Imperii poteſtas*, quae antea ſub regnantibus quodammodo labefactata erat, iterum ſub RVDOLPHO I. Anaſtaſin ſuam nanciſceretur. Hic enim *Jura ac Privilegia* illis denuo confirmavit, inter quos ALBERTVS II. Elector Saxoniae, Ipſius Caeſaris Gener, eminebat, Palatinatu Saxoniae, Burggraviatu Magdeburgenſi et Comitatu Brenenſi ab eodem donatus. SCHVRZFLEISCH *de Vitricis Eccleſiae.* Imo uti refert CAROLVS IV. *in A. B. Sax. Metis data* 1357. 6. *Kalend. Jan.* ſuffragii poteſtatem ALBERTVM hunc, in declarando

do Caeſare, veluti Archi-Mareſchallus Sacri Imperii, habuiſſe. Conceſſit idem Caeſar in hac Bulla jus eligendi RVDOLPHO II. Duci Saxoniae, id quod Patri ejus RVDOLPHO I. antea, in Bulla Pragenſi, an. 1555. jam conceſſerat, quam Eminentiam in Bulla Francofurtenſi anno 1376. WENCESLAO, Duci Saxoniae, confirmaverat. Secutus illum eſt Succeſſor Filius SIGISMVNDVS, qui quoque, Aurea Bulla, Aquisgranenſi d. 8. Nov. 1417. ſancita, avitum hoc Saxonum decus in RVDOLPHVM III, tanquam Archi-Mareſchallum, intulit. Praeterea ſequiori tempore haec Caeſarum geſta ſolemni actu, a Succeſſoribus ſunt corroborata. Nam CAROLVS V. Caeſar MAVRITIVM, Ducem Saxoniae, in Comitiis Imperii ſolemnibus anno 1548. Auguſtae Vindelicorum habitis, primario eodem Archi-Mareſchallatu inauguravit, cujus rei ampliſſima Commentatio apud Illuſtr. GLAFEY in dem Kern der Geſch. des H. S. *L. I. C. XIII. p.* 205. *ſq.* exſtat. Fortasſis ex his demum factum eſt, ut in Titulo et Monetis Saxonicis Officium Archi-Mareſchalli praeponatur, et ſi GOLDASTVM *de Regno Bohem.* Beylage *no.* 17. *p.* 19. et *P. I.* der R. H. *p.* 2. ſequimur, Titulus Mareſchalli adhuc Ducali in literis anno 1291. ſcriptis, praelatus eſt. GRIBNER *ad Caroli IV. Bullam Aur. Sax.* §. 20.

# XXIV

*Natales Vicariatus Saxonici ex Archi-Mareſchallatu depromuntur.*

Quid ergo obeſt, quin, ipſum *Vicariatum Saxonicum ex Archi-Mareſchallatu arceſſendum eſſe*, contenderemus? Ille enim illuſtres Natales, maxima incrementa ac auctoritatem ſuam ab hoc obtinuit, et a temporibus Saeculi XIII. usque ad noſtra, cum Archi-Mareſchallatu, exiſtente Interregno, conſtanter coaluit, illibatusque antiquiſſimae Saxonum genti ſemper permanſit. Hinc Caeſar ALBERTVS I, Auſtriacus, in literis, quas MVRATORI, *Diſſ. II. Commachienſi*, nobis ſuppeditat, ſaepenumero citatum ALBERTVM II. Aſcanenſem, Vicarium nuncupavit. Quod Eminentiſſimum Munus Ipſi Succeſſores Saxonici, mediante Inveſtitura Caeſarea, ſplendidius acceperunt, hanc ob cauſſam, glorioſiſſimae memoriae, Divus AVGVSTVS II. Rex Polon. in literis Vicariatus, anno 1711, clare profitetur, ſe, vi AureaeBullae, Obſervantiae Imperii ac Inveſtiturae Caeſareae, *Vicariatum gerere*. Nitimur ſimul auctoritate Legis primariae, qua Conditor CAROLVS IV. *Tit. V.* §. 2. Jura Vicariatus Archi-Mareſchallo Saxonico graviter aſſeruit, cum quo ea conjungimus, quae *Speculator Alemannicus Cap. XLII.* §. 6. his verbis diſpoſuit: „Wenn ein König von teutſchen Landen fährt, „ſo mag er des Reichs Marſchall wohl die Gewalt ge„ben, daß er den Bann leihe an ſeiner Statt, das iſt der

„der Herzog von Sachſen, das ſoll er thun in Thü-
„ringen, Sachſen und Heſſen, bis gen Böhmen,
„und über alle Francken, wer der iſt, der iſt ſein Un-
„terthan, giebt ihme der König den Bann zu leihen,
„ſo hat der Marſchall Recht über Schwaben und an
„den Rhein, und durch das Gebürge, bis ins Trie-
„riſche eine Meile, der Pfaltz-Graf hat Gewalt den
„Bann zu leihen ꝛc. Qua propter ipſe Elector Saxo-
niae, FRIDERICVS III, *Sapiens*, apud MVLLERVM im
Reichs-Tags-Staat *L. V. C. III. p.* 725. et LVNIG. im
Reichs-Archiv *P. Spec. II. p.* 20. expreſſe confitetur, ſe, von
wegen ſeines Erb-Amts, *Vicariatum Imperii* ſuſtinere.[1]
Huc quoque ſpectat *Sigillum*, quo Camerae ſenten-
tiae, Interregni tempore, muniuntur, illud ſigillatim
*Inſignia utriusque Archi-Officii*, quod Archi-Mareſchal-
lus et Archi-Palatinus ſuſtinet, *Gladium* videlicet *et Po-
mum*, complectitur. Add. *Auctor* der gründlichen Nach-
richten von Interregnis p. 49.

1 Conf. ſub lit. A. formula Vicariatus Saxon. quae no-
ſtra memoria publici Juris facta.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0043-6

## XXV

*Segmenti hujus Epilogus.*

Digna haec omnia eſſent, ut plenius dicerentur, ſed, temporis redimendi gratia, diſſeruiſſe ſufficiant. Veneramur religioſiſſime Deum immortalem, praepotentiſſimumque, Imperii Statorem Conſervatoremque noſtri, ut, inter Heroica haec tempora, Conſilia Auguſtalium Archi-Officialium proſperrima, quae pro perennitate univerſae Salutis nuncupant, coeleſti ſuo auxilio tueatur, et, tanquam ſanctius aliquod Palladium, nobis certiſſima haec ſecuritatis publicae pignora conſervet: RELIGIONEM, JVSTITIAM ATQVE CONCORDIAM,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0044-2

# Lit. A.

Wir Friedrich Auguſt, von GOttes Gnaden, König in Pohlen, Groß-Herzog in Litthauen, zu Reuſſen, Preuſſen, Maſovien, Samogitien, Kyovien, Vollhinien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolenscien, Severien, und Zſchernikovien ꝛc. Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen, des Heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall und Churfürſt, auch deſſelben Reichs in denen Landen des Sächſiſchen Rechtens und an Enden, in ſolch Vicariat gehörende, dieſer Zeit VICARIVS, Land-Graf in Thüringen, Marg-Graf zu Meiſſen, auch Ober- und Nieder-Lauſitz, Burg-Graf zu Magdeburg, Gefürſteter Graf zu Henneberg, Graf zu der Marck, Ravensberg, Barby und Hanau, Herr zu Ravenſtein, ꝛc.

Entbiethen allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Geiſt- und Weltlichen, Prälaten, Grafen, Freyherren, Herren, Rittern, Knechten, Haupt- und Amtleuten, Voigten, Pflegern, Schultzen, Bürgermeiſtern, Richtern, Räthen derer Städte, Bürgern, Gemeinden, und ſonſt allen anderen, was Würden, Standes und Weſens die ſind, Unſere Freund- Brüder- und Vetterliche Dienſte, Freund-

 ſchaft

ſchaft, und was Wir Liebes und Gutes vermögen, freundlichen und günſtigen Gruß, Gnade und alles gutes, zuvor.

Durchleuchtigſte, Großmächtigſte, Hochwürdigſte, Durchleuchtige, Durchleuchtig-Hochgebohrne, Hochwürdige, Hochgebohrne, Hoch- und Wohlgebohrne, Wohlgebohrne, Edle, Würdige, Andächtige, Ehrſame und Weiſe, beſonders freundlich geliebte Brüder, Vettere, Oheime, Freunde, liebe, beſondere und getreue. Eueren Majeſtäten, Eueren Liebden, und Euch geben Wir aus hochbetrübten Gemüthe zu vernehmen: Welchergeſtalt dem allweiſen GOTT, nach ſeinem unerforſchlichen Rathe, gefallen, den weyland Durchleuchtigſten, Großmächtigſten Fürſten, Herrn Carl den Sechſten, erwehlten Römiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Boheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien König, ꝛc. Ertz-Herzogen zu Oeſterreich, ꝛc. Unſern freundlich-geliebten Bruder, Vetter und Nachbar, lobſeligſter Gedächtnüs, am zwanzigſten dieſes Monaths, früh um Ein Uhr, durch ein ſeliges Ende aus dieſem zergänglichen Leben zu ſich in die himmliſche Glorie aufzunehmen, deſſen Seele der barmhertzige GOTT gnädig ſeyn, dem Leichnam aber eine ſanffte Ruhe, und am groſſen Tage des HErrn eine fröliche Auferſtehung zum ewigen Leben verleihen wolle! Aller-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0046-4

Allermaſſen Uns nun, als **Churfürſten und Herzogen zu Sachſen**, vermöge der güldenen Bulle und uralten Herkommens, zu dieſer Zeit, da das Heilige Reich mit keinem Haupte verſehen, die Verwaltung und Proviſion deſſelben Reichs, an Enden des Sächſiſchen Rechtens und in unſer VICARIAT gehörenden Provinzien, angefallen und zuſtehet; Alſo haben Wir Uns, aus angeſtammter Liebe, und patriotiſcher Anneigung gegen das Heilige Reich, Teutſcher Nation, Unſer geliebtes Vaterland, demſelben und deſſen Ständen zum Troſt, Ehre und Nutzen, mit ſolchem, zwar mühſeligen Amte beladen wollen.

Je gefährlicher nun die Zeiten bey denen dermahln vorhandenen bedencklichen Conjuncturen ſich ereignen, ie nöthiger iſt es, daß ein gutes Vernehmen, und der innerliche Friede und Ruheſtand erhalten und befeſtiget, folglich auch allerhand Unruhe und Empörungen verhütet werden. Und dannenhero iſt, von wegen unſers Amts Unſer Begehren, Unſerthalben aber Unſer freundliches Erſuchen, günſtiges und gnädigſtes Geſinnen, Euere Majeſtäten, Eure Liebden, und Ihr wollet bey Ihrer und Eurer Geiſtlichkeit verfügen, auch vor Sie und Euch ſelbſt GOTT den Allmächtigen andächtiglich anruffen, das Heilige Römiſche Reich gnädiglich mit einem Haupte, Ihm gefällig und Uns allen tröſtlich, förderlichſt zu verſe-

hen. Sie und Ihr wollet auch, dem Heiligen Römiſchen Reiche und Teutſcher Nation zu Ehren und Wohlfart, Ihnen und Euch ſelbſt, zu gute, und Uns zu Gefallen, in Zeit ſolcher Unſerer Reichs-Verweſung, Ihrer und Euer ieder gegen den andern ſich friedlich halten, und in guter nachbarlicher Einigkeit bleiben, zu Gezäncke und Gewaltthaten ſich nicht bewegen, ſondern, ob iemand irrige Sachen und Gebrechen gegen den andern hätte, oder gewinne, dadurch Aufruhr und Weiterung entſtehen möchte, ſolche einſtellen, oder, wo der Verzug beſchwerlich, die an Uns gelangen, und zur Verhör und Handlung kommen laſſen, darauf Wir freundliches und gnädiges Einſehen thun wollen, daß ſolche Irrungen mit GOttts Hülffe entweder in Güte beygeleget, oder nothdürftig mit Euerer Majeſtäten, Euerer Liebden, Euerer und anderer des Heiligen Reichs Stände Rath und Hülffe alle Thätlichkeiten möglichſten Fleiſſes abgewendet werden möchten. Euere Majeſtäten, Euere Liebden und Ihr wollen ſich auch, dem Heiligen Reiche zum beſten, einheimiſch und in guter Verfaſſung dermaſſen halten, wo im Reiche ſich Sachen begäben, daß ein Stand den andern gewaltthätiger Weiſe beläſtigen und bey Billigkeit nicht bleiben laſſen wolte, oder, wo ſich iemand unterſtehen würde, in ordentlicher Wahl eines Römiſchen Königs, was widerwärtiges einzu-

füh-

führen, oder Verhinderung zu thun, da GOTT vor ſey! daß Euere Majeſtäten, Euere Liebden und Ihr ſodenn, neben andern Mitſtänden des Reichs, Friede und Recht zu erhalten, und Uns alle vor Gewalt und Beſchwerung zu ſchützen, auch Hülffe und Beyſtand nach iedes ſeiner Lande und Oerter Vermögen, bedürffenden Falls, zu thun ſich angelegen ſeyn laſſen, bis durch Verleihung Gottes des Allmächtigen und oberſten Regierers, das Reich wieder mit einem Haupte verſehen werde. In dem allen wolten Euere Majeſtäten, Euere Liebden und Ihr Euch freundlich und gutwillig halten, weil der gantzen Chriſtenheit und ſonderlich dem Heiligen Reiche und gantze Europäiſchen gemeinen Wohlfarth, auch Uns allen höchlichſt daran gelegen. Darum auch Unſer beſonderes Vertrauen darinne ſtehet, Euere Majeſtäten, Euere Liebden, und Ihr werdet von ſich ſelbſt, ohn einig Unſer Erinnern, darzu geneigt und willig ſeyn. Das wollen Wir um Euere Majeſtäten, Euere Liebden und Euch ſamt und ſonders, freundlich erwiedern, günſtig verſchulden, und gnädiglich erkennen. Geben zu Dreßden unter Unſerm Königlichen und Chur-Secret, den 24. Octobris, Anno Chriſti, 1740.

# Lit. B.

## Von Gottes Gnaden Wir

Carl Albrecht in Ober- und Nieder-Bayern, auch der Ober-Pfaltz Herzog, Pfaltzgraf bey Rhein, des Heiligen Röm. Reichs Ertz-Truchſes und Churfürſt, Landgraf zu Leuchtenberg ꝛc.

Carl Philipp, Pfaltzgraf bey Rhein, des Heil. R. Reichs Ertzſchatzmeiſter und Churfürſt, in Bayern, zu Jülich, Cleve und Berg Hertzog, Fürſt zu Mörs, Graf zu Veldenz, Sponheim, der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenſtein ꝛc.

Als in Landen des Rheins, Schwaben und Fränckiſchen Rechtens Fürſeher und Vicarii, entbieten allen und ieden des Heiligen Römiſchen Reichs Churfürſten, Fürſten, Geiſtlich- und Weltlichen, Prälaten, Grafen, Freyherren, Herren, Rittern, Städten, Gemeinen und ſonſt allen andern des Heiligen Reichs Verwandten, und Unterthanen und Angehörigen, was Würden, Standes oder Weſens ſie ſeyn, Unſere freundliche Dienſte, freundlichen, günſtigen und gnädigſten Gruß, Gnade und alles Gute zuvor. Hochwürdigſte, Durchlauchtigſte, Hochwürdige, Durchlauchtige, Ehrwürdige, Hochgebohrne, Würdige, Hoch- und Wohlgebohrne, Edle, Ehrſame und Weiſe, beſonders liebe Freunde, freundliche liebe

de Väter, Vetter und Oheim, liebe Getreue und Beſondere. Ew. Liebden Liebden Freundſchafft und Euch fügen Wir mit dieſem Unſern offenen Briefe dienſtfreundlich, freundlich, günſtig, gnädig und gnädigſt zu wiſſen. Nachdem GOtt der Allmächtige nach ſeinem unwandelbaren Rath und heiligen Willen, weyland den Allerdurchlauchtigſten, Großmächtigſten Fürſten und Herrn, Herrn CARL den Sechſten, erwählten Römiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, in Germanien, zu Hiſpanien, Hungarn und Böheim, ꝛc. König, Ertz-Herzogen zu Oeſterreich, Herzogen zu Burgund, in Ober- und Nieder-Schleſien ꝛc. Marggrafen zu Mähren, Grafen zu Tyrol und Görtz ꝛc. Unſern allergnädigſten Herrn, und Herrn Vettern, höchſtlobſeliger und glorwürdigſter Gedächtniß, Donnerſtag den zwanzigſten gegen zwey Uhr Nachts gegenwärtigen Monats-Tag October aus dieſem mühſeligen und zergänglichen Leben durch den zeitlichen Tod abgefordert, und dadurch die Proviſion, Verwaltung und Vicariat des Heiligen Reichs ſich offen ergeben. Gleich aber Wir beyde obbenannte des Heiligen Römiſchen Reichs Churfürſten Uns zu Abſchneidung groſſer Zwiſtigkeiten, welche ſich zwiſchen Unſern beyden Chur-Häuſern, wegen Verweſung des Reichs in denen dahin gehörigen Landen vor-

mahls

mahls ereignet haben, vor einigen Jahren wohlbedächtlichen ſolcher geſtalten vereiniget und verſtanden, daß auf des Heiligen Römiſchen Reichs erledigten Ober-Haupts Fall, Wir die Verweſung des Reichs in denen Landen des Rheins, Schwaben und Fränckiſchen Rechten, geſamt, unzertheilter und gemeinſchaftlich führen ſollen und wollen; Durch ſo erfolgten Hintritt ſohin nunmehro Uns, vermöge ausdrücklicher Verordnung der goldenen Bulle, Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens, Kayſerlich-und Königlichen Confirmationen, Privilegien und Obſervantz, die Proviſion, Verwaltung und Vicariat des Heiligen Römiſchen Reichs, in gemeldt- denen Landen des Rheins, Schwaben und Fränckiſchen Rechtens, bis daſſelbe, nach dem Willen des Allmächtigen, wiederum mit einem ordentlichen Ober-Haupt verſehen, würcklichen anerwachſen, und zukommt, daß Wir Uns zu des Heiligen Römiſchen Reichs, und deſſen hoher und Löblichen Ständen Ehre, Nutzen und Wohlfarth ſchuldig erkannt, ſolche Verwaltung und Vicariat nach Anleitung obberührter goldenen Bulle, Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens, Kayſerlicher Confirmation, Privilegien und Herkommens, gemeinſchaftlich auf Uns zu nehmen, und demſelben, Unſern beſten Verſtand und Vermögen nach, vorzuſtehen.

Inmaſ

Heiligen Römiſchen Reichs Ruheſtand verſtöhret werden ſollte, dafür die göttliche Allmacht inbrünſtiglichen anzuflehen, nichts deſtoweniger verſicheren Ew. Liebden Liebden, Freundſchaft und Euch hiermit freund- dienſtlich, gnädig und gnädigſt, auf al[illegible]unverhofften widrigen Fall mit Ew. Liebden Liebden Freundſchaft, Ew. und andere des Heiligen Römiſchen Reichs Ständen Rath und Hülfe allen möglichſten Fleiß anzuwenden, und mit denenſelben Unſere äuſſerſte Kräffte, Gut und Blut daran zu ſtrecken, damit durch Verleihung des Allmächtigen aller Ungemach, Schaden und Gefahr von dem Heiligen Römiſchen Reich abgewendet, und alles in gutem friedlichen Stand und Weſen erhalten werde. Zu denen Wir Uns auch alles getreuen Beyſtandes, und patriotiſchen Aßiſtenz, der Gebühr nach, getröſten und verſehen, wie dißfalls zu Ew. Liebden Liebden, Freundſchaft und Euch Unſer gäntzliches Vertrauen gerichtet iſt, und Dieſelbe und Ihr daran ein gut löblicher Werck, wie es des Heiligen Römiſchen Reichs unvermeidliche Nothdurft erfordert, bezeigen thun. Das wollen Wir um Ew. Liebden

Lieb-

Liebden Freundſchaft und Euch ſamt und beſonders mit dienfreundſchaftlich und günſtigen Willen und Gnaden beſchulden und erkennen. Geben unter Unſerm gemeinſchaftlichen Vicariats-Amts Inſiegel, den dreyßigſten Monats-Tag Octobris, nach Unſers Heylands und Seligmachers Geburt im Siebenzehn Hundert und Viertzigſten Jahre.



99 A 6963

ULB Halle 3
002 824 892

VD17

Retro ✓

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0055-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0056-9

4

HISTORICO-JVRIDICA

# COMMENTATIO

DE

# VICARIATV

SACRI GERMANICO-ROMANI IMPERII

ex

# ARCHI-OFFICIIS

TRADITA

a

D. MATTHAEO BENJ. ZIMMERMANNO

---

*LIPSIAE*

Apud AVGVST. BENJAMIN. MARTINI

*Anno MDCC. XLIV.* 6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-269289-p0057-5